



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

38. Sabbatho sanat in Synagoga manum arefactam, & Pharisæos ea re  
offensos redarguit. Consilium illi ineunt cum Herodianis de Christi exitio.  
Ipse cum Discipulis ad mare secedit, & Dæmonia ê multis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 38. Sabbatho sanat in Synagoga manū arefactā, & Phariseos ea re offensos re-  
darguit. Consilium illi ineunt cum Herodianis de Christi exitio. Ipse cū discipu-  
lis ad mare secedit, et dæmonia emultis eicit, quibus interdicit, ne eum pro-  
dant, & palam fateantur. Mat. 12. \* 37. Mar. 3. \* 37. Luc. 6. \* 37.

S. Mattheus.

**E**T cū inde trans-  
isset, venit in syna-  
gogam eorum. Et  
ecce homo manum  
habens aridam, & inter-  
rogabant eum dicentes,  
Si licet sabbathis curare?  
vt accusarent eum. Ipse  
autem dixit illis, Quis  
erit ex vobis homo qui  
habeat ouem vnā: & si  
in foueam, nōne tene-  
bit & leuabit eam? Quā-  
tō magis melior est ho-  
mo oue? Itaque licet sab-  
bathis benefacere. Tunc  
ait homini, Extende ma-  
nū tuā. Et extendit:  
& restituta est sanitati si-  
cut altera. Exeuntes au-  
tem Pharisei, consilium  
faciebant aduersus eum,  
quomodo perderent eū.  
Iesus autem sciens reces-  
sit inde: & secuti sunt eū  
multi, & curauit eos oēs:  
& præcepit eis, ne mani-  
festum eum facerent. Vt  
adimpleretur quod di-  
ctum est per Isaiam pro-  
phetā, dicētē, Ecce puer  
meus quē elegi, dilectus  
meus in quo bene cōpla-  
cuit animę meæ. Ponam

S. Marcus.

**E**T introiuit iterum in  
synagoga: & erat i-  
bi homo habens manum  
aridam. Et obseruabant  
eum si sabbathis curaret,  
vt accusarent illum. Et  
ait homini habēti manū  
aridam, Surge in mediū.  
Et dicit eis, Licet sabba-  
this benefacere, an male?  
animam saluā facere, an  
perdere? At illi tacebant.  
Et circūspiciens eos cū  
ira, contristatus super e-  
citate cordis eorum, di-  
xit homini, Extende ma-  
nū tuā. Et extendit: & re-  
stituta est manus illi. Ex-  
euntes autem Pharisei, sta-  
tim cū Herodianis cōsiliū  
faciebant aduersus eum  
quomodo eum perderēt.  
Iesus autē cum discipulis  
suis secessit ad mare: &  
multa turba à Galilæa &  
Iudæa secuta est eū, & ab  
Ierosolymis, & ab Idu-  
mæa, & trās Iordanē, &  
qui circa Tyrum, & Sidō-  
nem, multitudo magna,  
audientes quæ faciebat,  
venerunt ad eum. Et di-  
xit discipulis suis, vt naui-  
cula sibi deseruiret, ppter  
turbā, ne cōprimeret eū.

S. Lucas.

**F**ACTū est  
autē et in  
alio sabba-  
to, vt intra-  
ret in synago-  
gā, & doce-  
ret. Et erat  
ibi homo,  
& manus  
eius dextra  
erat arida.  
Obserua-  
bāt autem  
Scribæ &  
Pharisei, si  
in sabbatho  
curaret: vt  
inuenirent  
vnde accu-  
sarēt eū. p-  
se verō scie-  
bat cogita-  
tiones eo-  
rū: & ait ho-  
mini q̄ ha-  
bebat ma-  
nū aridam,  
Surge: &  
sta in mediū.  
Et surgens  
stetit. Ait  
autē ad il-  
los Iesus,  
Interrogo  
vos, si licet

S. Iohannes.



S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
spiritum meum super eum, et iudicium geritibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. arundinem & linum fumigas non extinguet: donec accipiat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gemitus sperabunt. *46.	multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundus cum illum videbatur, percutiebat eum: & clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et vehementer conminabatur eum, ne manifestarent illum. *39.	sabbathis benefacere an male; animam saluam facere, an perdere? Et circumspicentibus omnibus, dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt invidia: & colloquebatur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. *39.	

CAP. 39. Ascendit solus in montem: ibi post totam noctem in orando consumptans, ex discipulis suis seligit duodecim Apostolos. Et in quibus sita sit beatitudo, edisserit. Matth. 5. \* 25. Mar. 3. \* 38. Luc. 6. \* 38.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Ides autem turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quonia ipsorum est regnum caelorum. Beati mitis: quonia ipsi possident terram. Beati qui lugent: quonia ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quonia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quonia ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quonia ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quonia filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quonia ipsorum est regnum caelorum. Beati	ET ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo: & ut mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eorum	FACTUM est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Simonem quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomaeum, & Matthaeum & Thomam, Iacobum Alphaei, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Et decessit cum illis, stetit in loco capestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudaea &	